



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 6. Imperii comitia a Ferdinando III. Cæsare Ratisbonæ indicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

aliisque Christianis ex Metropoli sua, Sæc. XVII. A. C. 1652.
 Chadkinga nomine, indeque e continenti
 in altum mare profugere cogeatur, ut
 vitæ suæ salutique adversus tam poten-
 tes hostes prospiceret.

Eodem hoc anno in Africa Rex Mo-
 nomotapæ unacum Conjuge sua & Fi-
 lio primogenito, opera PP. Dominica-
 norum sese Christianorum sacris addixit,
 qui in sacro fonte Dominicus appella-
 batur: Reginæ autem nomen Ludovicæ,
 & Filio nomen Michaelis placuit; qui
 etiam postremus spreto postmodum Re-
 gno, amplexus S. Dominici institutum,
 studiisque insigni cum laude absolutis
 Theologiæ Magister creatus, totum se-
 se in promovenda Casrorum, suorum-
 que popularium conversione impendit.

§. VI.

*Imperii comitia a Ferdinando III.
 Cæsare Ratisbonæ indicta.*

Habebatur hoc anno Francofordiæ Tuld. Hist. temp. l. i.
 Conventus, in quo Franconici,
 Suevici, & utriusque Rhenani Circuli
 Oratores inter se convenerant, ut Hi-
 spani Francodalia die vigesima quarta
 Aprilis & Palatini Hailbruna biduo post
 excederent, & utramque civitatem pristi-
 nis suis possessoribus integre relinque-
 rent: quoniam vero Principum nonnulli

Sæc. XVII. de Westphalicæ pacis articulis haud in-
A. C. 1652. tegre adimpletis quererentur, Ferdi-
 nandus Imperator die vigesima septima
 Aprilis comitia sub finem Mensis Octo-
 bris Ratisbonæ habenda indixit, quæ
 tamen motis subinde obstaculis nonnisi
 Mense Decembri initium sumpsere:
 Interim vero Imperator, ut cum sum-
 mis Germaniæ Proceribus prius com-
 municato consilio de controversis ne-
 gotiis deliberare posset, Pragam die
 tertia Julii contendit, decretisque Le-
 gatis Bavarum, Moguntinum, Trevi-
 rensem, Palatinum & Saxonem Ele-
 ctiores eo convenire rogavit, pro sua
 autem, qua eminuit, religione die de-
 cima quarta Augusti publicam solem-
 nemque decrevit supplicationem, cui
 necnon decantatis litanis ipsemet sin-
 gulari pietatis studio interfuit, ut ce-
 teros omnes ad communes preces,
 Deumque placandum exemplo suo in-
 citaret: Pridie autem in Templo, quod
 Cæsar Patribus Carmelitis Discalceatis
 in nova Pragensi civitate recens suo
 ære exstruxerat, præsentibus Harracho
 Cardinale, totoque Clero primum po-
 suit lapidem, eademque die prandium
 in cænobio eorundem Patrum sumpsit.
 Postmodum die vigesima octava Septem-
 bris Palatinus, & die sexta Octobris
 Moguntinus, necnon Joannes Georgius
 Saxo-

Saxo die decima quarta Novembris Sæc. XVII.
 & sequenti die Brandeburgicus Elector A. C. 1652.
 res Pragam venere. Aderant quoque
 Hispaniæ & Daniæ Regum Oratores:
 His una congregatis Moguntinus & Ca-
 rolus Casparus Trevirensis Archiepi-
 scopi Electoralem unionem pro more
 coram Saxone Electorum seniore jura-
 mento firmarunt: id quoque Brande-
 burgicus in reditu Dresdæ præstiterat,
 qui etiam summa contentione apud Cæ-
 sarem egerat, ut sibi a Christina Sue-
 ciæ Regina, prius quam illa ad Imperii
 fidem admitteretur, de ulteriore Pome-
 rania satisfaceret. Postulabat insuper,
 ne Ratisbonam ad Imperii comitia Ora-
 tores Regiæ vocarentur: Actum deni-
 que de pacis executione, & eligendo
 Romanorum Rege; cum autem hæc ne-
 gotia ab Electoribus ad comitia Ratis-
 bonensia rejicerentur, tres Electores
 Ecclesiastici, necnon Daniæ Regis, &
 Electoris Brandeburgici, Leopoldi Ar-
 chiducis, Neoburgi, Wirtenbergæ, Epi-
 scopi Frisingensis, & liberarum Urbium
 Oratores eo contenderunt; Osnabru-
 gensis vero & Paderbornensis Antisti-
 tes, necnon Badensis Marchio ipsimet
 aderant: His comitiis Cæsar initium
 fieri voluit, indictis quadraginta hora-
 rum precibus, ut Deus Optimus Impe-
 rii, Cæsarisque rebus propitius esse
 vel-

Sæc. XVII. A. C. 1652. vellet: nec tamen illico capita delibenda proponerentur, partim quod annus jamjam ad finem vergeret, partim quod Brandeburgicos inter & Suecos adhucdum lis circa fines & Pomeraniæ vectigalia ferveret.

§. VII.

Novæ Turcarum invasiones in Hungariam.

Ortel. contin. chron. p. 166. Tuld. Hist. temp. l. I. pag. 27.

Quantumvis Turcæ anno priori a Venetis maritimo prælio ingentem cladem perpeffi essent, nihilominus hoc anno, insuperhabita firmæ pacis pollicitatione per suos Legatos Viennæ facta, crebris irruptionibus Hungariam infestant, ac Schemicium usque excurrentes, ex suburbiis multos Christianos in diram servitutem unacum opima armentorum præda abstraxere. Prospero insuper hoc populationis successu animati, cum valido agmine Neosolium intercipere parabant, tempestive autem Lesleus, Franciscus, Thomas, & Caspar, omnes ex generosissima Esterhasiorum familia, selecto milite eos adoriuntur, primoque impetu in fugam agunt: cum vero hi incautius, longiusque abrepti hostem insequuntur, a bis mille Turcis, qui in infidiis latebant, cincti post acre certamen

una-